Ho. 26 | 141

1183 A(dalberto), cesserat.

Eodem anno memoratus et semper memorandus abbas Gotsalcus conventum sororum de Lonewitz[1] mittit in Cunitz ad petitionem Wilhelmi comitis, de quo supra latius disseruimus.[2] | Erat festum
Oct. 9 sancti Dionisii tunc in dominica, cum post missarum sollempnia emissę et transmissę sunt sicut dictum est ad locum sibi destinatum cum ingenti fletu et rugitu omnium suam invicem separationem ferre non valentiam. Abbas ipse omnibus circa se flentibus siccis quidem oculis eas dimisit, set post discessum earum sextam mecum cantando graviter ingemuit compatiens suis filiabus tamquam propriis visceribus intimo karitatis affectu. Commisit autem tam eas quam omnia, quę fuerunt illius loci, domno Petro Lunwitcensi priori, quem de prioratu Lunwitcense transtulerat in prioratum Cunitcensis ęcclesię, virum sane valde idoneum et litteratum, honestum et castum. Qui sub tali patre Lunwitcensi domui multis prefuerat annis ac deinde sub abbate Ottone Cunitcensem rexit ecclesiam annis fere tribus, post quos eum deposuit et predictum Eberhardum[3]

(Margin: Sinnentsprechend ~~[illegible]~~ — et [illegible] P — eum d. et p. abgerissen? ergänzt n. Dobner)

1) Lonnewitz an der [illegible], südöstl. [illegible]; Prämonstratenserinnenkloster, gegründet von [illegible].

2) Oben S. 129 f.

3) Oben S. 130